Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

rugiens ecuit querens que deuoret. Cui re
sistite fortes in fide. scientes eandem passionem
ei que in mundo est uestre fraternitati fieri. Ds
autem omnis gratie qui uocauit nos in eternam
suam gloriam in xpo ihu modicum passos. ipse
perficiet confirmabit solidabitque. Ipsi gloria et
imperium in secula seculorum amen. Lucam.

In illo tempore. Erant adpropinquantes ad
ihm publicani et peccatores. ut audirent
illum. Et murmurabant pharisei et scribe
dicentes. Quia hic peccatores recipit. et
manducat cum illis. Et ait ad illos parabo
lam istam dicens. Quis ex uobis homo qui ha
bet centum oues. et si perdiderit unam ex illis.
nne dimittit nonaginta nouem in deserto. et
uadit ad illam que perierat donec inueniat il
lam. Et cum inuenerit eam. imponit in
humeros suos gaudens. Et ueniens do
mum. conuocat amicos et uicinos dicen
illis. Congratulamini mihi. quia inueni o
uem meam que perierat. Dico uobis. quod ita